I[illegible] honorem et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] reverentiam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] communis et [illegible] civitatis

[illegible] [illegible] [illegible] statutarios [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] statuta [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] Magister [illegible] Magister [illegible] [illegible] [illegible] magister [illegible] [illegible] Magister [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Magister [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] Et scriptum fuit dictum statutum per [illegible] [illegible] Magistri [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Sub anno domini Millesimo CCCXLVI [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

1346

N[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

S[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

De [illegible] [illegible]

U[illegible] civitatis [illegible] [illegible] potestati et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et regendum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]

ter. Et finito et aliquibus supradictis debeat inter remotis nobilibus et minoribus xiiij annis, et sedere in dicta platea, et tunc debeat in ipso loco adhibere duos fratres minores vel heremitanos forenses arbitrio dictorum duorum ancianorum, et a principio dictorum sedentium debeat unus ex dictis fratribus ex uno latere, et alius ab alio, Incipiendo sedentes usque ad sextum inclusive et dicto sexto dimicte et assignare cartucellam propriam manu cancellerii, scriptam in hac forma: sextus; et tunc dictus sextus tantum et non alius accedat ad rota que actenus facta fuerunt ante dictam ecclesiam, seu tempore pluviali in dicta ecclesia in cuius medio sedere debeat cancellerius dicti consilii et non alius ad predicta ... et si aliquis quando dictam formam accesserit, de facto puniatur pena ... et sic per ordinem continuato accessus ad ipsam rotam fieri debeat, et possit usque ad numerum C hominum inclusive, et non plurium vel pauciorum. Dicta rota et hominibus coadunatis, cancellerius dicti consilii faciat et habeat vitreos ... in quodam capello C brevia, in cartucellis bombicinis de quibus sint albi absque aliqua scriptura lxxij et xxviij nigri in quorum ... scriptum sit: electo ancianorum contrate platee; in aliis tribus sit scriptum electore ancianorum contrate vallis; in aliis tribus sit scriptum electore ancianorum contrate pusterule; in aliis tribus sit scriptum electore ancianorum contrate collis; in aliis vero tribus sit scriptum electore ancianorum contrate burgi; in aliis vero tribus ... sic dictus numerus procedat usque ad xxviij inclusive sit scriptum de mensibus ianuarii et februarii electore ancianorum contrate platee ita quod ... in dicta contrata habeat duos ancianos de mensibus martii et aprilis. Sit scriptum in aliis tribus brevibus electore ancianorum contrate vallis de mensibus madii et iunii; in ipsis brevibus sit scriptum electore ancianorum contrate collis de mensibus iulii et augusti; sit scriptum electore ancianorum contrate pusterule de

mensibus vero septembris et octobris sit scriptum electore ancianorum contrate burgi. Ita quod dicta mensibus ... contrata habeat duos ancianos. In aliis vero x brevibus nigris scriptum sit in singulis duobus electore x de populo contrate platee, et sic de singulis contratis quorum x eligendi ... sint ... Et tunc dicti brevia ... unum ex dictis fratribus de dicto capello singulariter, et ponat in manu dicti cancellerii, et si est album, ipse cancellerius dicat album est. Et tunc qui coram ipso cancellerio accessit ... faciendo per alium fratrem usque ad sextum inclusive, et sic de singulis ... de dicta rota recedat. Et si non fuerit nigrum tunc dictus cancellerius ipsum ponat in manu dicti sexti coram ipso existenti qui eligat et eligere possit, recepto primo iuramento ab ipso eligendo, sufficientem et bona fide ancianum seu unum ex x illius contrate que in ipso brevi scripta fuerit qua electione et nominatione per eum facta statim recedat de dicta rota, deinde ad datorem aliorum brevium procedat, ita quod si ... cui obvenerit breve nigrum possit iam electum per primum in ipsa contrata seu alium quemcumque in ipsa contrata non alterius eligere et nominare pro anciano. Tertius vero cui ipsum breve nigrum ... contrate obvenit, in absentia duorum primorum eligere possit et debeat confirmare unum ex ipsis electis duobus vel illum in quem ipsorum duorum voluntas convenerit. Et ille talis sic electus per ipsum tertium confirmatus sit, et habeatur pro anciano populi dicte civitatis. Et ipso instanti facta dicta electione bannitor dicti consilii dicat talis est electus ancianus talis contrate et sic de singulis. Decem vero supradicti de populo eligant in dicta rota, dicto per quamlibet contratam, singulariter per illum cui obvenerit breve nigrum de ipsis decem, faciens mentionem ... prout videbit et placebit. Cum electo facta fiat proclamatio dicto modo, et ille habeatur pro uno ex x de populo dicte civitatis, usque ad numerum ipsorum decem, et non ultra ... in officio dicti anciani ... eligi vel nominari non possit aliquis minor xxv annis, vel homo male conditionis. Nec eligi vel nominari possit aliquis pro ... aliquem sum... vel ... secundum gradum in ...

sive vir patrem filium fratrem carnalem nepotem carnalem et item consobrinum ex latere patris vel matris. Et si aliquis eligeretur contra formam ipsa electio sit ipso iure nulla et denario ipsa electio facta quod ... fuit in ipso loco fiet non possit si fiat per consilium ipsius dicte civitatis, que semper valeat et inviolabiliter observetur statuto aliquo non obstante. Et ipsi domini anciani morari et morari debeat in eo loco ad ipsum officium exercendum et cum salario domorum eorum convenientium prout et sicut consilio ipsius dicte civitatis videbitur et placebit et non aliter. De iuramento dominorum anc.

.xiij. Ut remota fraude ancianatus officium recipiat incrementum. Ordinamus quod anciani ipsius civitatis amelie tacto libro iurent ad sancta dei evangelia facere custodire toto tempore eorum officii castra iurisdictiones districtus dicte civitatis et loca religiosa secundum quod eis melius videbitur pro eorum servare ac salvare utilitate et statum dicte civitatis. Si invenerit aliqua loca seu castra remota a statuto comunis amelie et iurisdictionem ea seu ea procurabunt reducere et manutenere ad mandatum et statum dicte civitatis toto eorum posse et facere custodire statuta dicte civitatis et eius districtus expensis comunis predicti et procurabunt quod ea et opera que statuta comunis et ipsius inviolabiliter observentur et omnia ordinamenta facta et facienda per consilium ipsius sine aliqua diminutione observabunt et observari facient in conducta. Et quod omnes quos invenerit iuratos exequentes ipsius defendent et manutenebunt ... eorum posse. Et quod non erunt in consensu et loco quod aliquis iuratorum de dicto ipso de ... seu de rebus contra iustitiam gravamen ... et quotiens ab eis consilium petitum fuerit dabunt quod melius et utilius eis videbitur pro utilitate et bono statu civitatis predicte et eius districtus. Et quod credentias eis impositas tenebunt. Et hec omnia et singula iurabunt attendere et observare et omnia et singula ad eorum officium exerceant bona fide et sine fraude facere. [illegible] teneat [illegible]

Presentis legis edicto firmam quod domini anciani ipsius civitatis amelie teneantur et debeant eorum officium ancianatus toto tempore eorum officii facere et exercere sine negligentia quod est tale. Videlicet manutenere et favere officium domini potestatis et omnibus officialibus civitatis amelie et etiam manutenere et custodire et defendere augere et salvare omnia et singula iura et iurisdictiones comunis et ipsius civitatis amelie et eius districtus et ipsam civitatem et districtum, res aveere et pecuniam et bona comunis civitatis predicte et inquantum poterunt qualibet conservare in suo iure. Et etiam quod omnes et singulos rebelles et exbanditos civitatis eiusdem. Et congregare et congregari facere vocatos et quotiens tempore ad sonum campane vel quocumque modo voluerit omne consilium vel adunantiam publicam vel privatam omnem arenga vel parlamentum tam comunis quam ipsius civitatis predicte et si in ipsis consiliis seu consilio tam comunis quam ipsius ... viderit vel placuerit. Cum autem ipsius consilii ... comunis possint syndicum et syndicos ordinare prout eis videbitur non obstantibus ... potestas non esset presens in ipso consilio et in ipsis consiliis adunatis eo eorum alteros proponere et proponi facere et consulere et omnes et singulas propostas per eos et eorum dicte de ipsis quod ... inter se fieret et proponi debeat firmatas et non aliter ullo modo et super ambassiatas ambassiatorum forensium super qua ipsorum anciani consensu et eorum aliquem eorum mandato in dicto consilio ubi retracta sint proposita fiat et mittere et mittere facere teneantur ... et singulariter ad ... tutum debitum dicta et consilia arregamenti vel ... quotiens super ipsis propositis consilium voluerit ipsi dare et eis videbitur secundum formam statutorum ubi statuta ... loqueretur. Etiam quando requisiti fuerint a domino potestate seu aliis officialibus de licentia danda de aliquo ... debeant audire ... quare licentia esset danda et secundum veritatem

maioris partis numeri ipsorum ancianorum licentia concedatur aliter contra quemlibet ad tormenta procedi non possit. Ita quod si ipsi anciani licentiam non dederint aliquis nullatenus tormentetur. Et si contra fecerit potestas perdat de suo salario pro nomine pene, camerario comunis solvenda, libras decem parvulorum totiens quotiens contrafactum fuerit et camerarius ad petitionem maioris partis ancianorum dictam penam de suo salario retinere teneatur et si non retinebit camerarius teneatur reficere de suo. Et si tormentatur aliquis sine licentia ancianorum confessio facta per tormenta non valeat ipso iure. Salvo quod super quorum processu maleficii tunc examinatis et publicatis testibus et termino dato ad opponendum et reprobandum testes et dicto termino elapso et nullis exceptionibus propositis vel oppositis et non probatis potestas vel iudex civitatis Amelie videntur per ea que ex processu apparent eum contra quem processum est de iure torquendum esse ut veritas inveniatur torquendum. Si petierit super hoc licentiam ab ancianis torquendi eundem torquere possit. Et si non concederet ipsa licentia anciani contra [illegible] ipse potestas vel ipse [illegible] dicta licentia sive [illegible] et gravamen deponat salarium per consilium tota penes camerarium comunis Amelie et ipse camerarius [illegible] [illegible] forensis [illegible] officia [illegible] possint amittere. Sed si visis processibus et actis factis et probationibus et allegationibus in ea factis consultum et designatum an sit [illegible] quod procedit ad eo confitendum tormenta cogendus ut reperiatur veritas in re et secundum ipsius sapientis consilium procedatur statuto vel ordinamento aliquo non obstante. Et dicti iudices non possint assignare suspectos. Et teneatur et debeat dominus anciani significare et sindicari facere dominus senatoribus et capitaneis artium consilio vel sacro romano apostolico aliove vicario pro tempore ad Ameliam missus vel per litteras expensis et ex parte comunis quando potestas aliquid mali fecerit vel renomitatis faceret vel fieri faceret vel fieri permicteret vel ullo modo obmicteret vel obmicti permicteret aliquid boni confici deberet prout ipsis dominis ancianis videbitur expedire. Et quod omnes et singule provisiones ordinamenta et statuta per eos vel per maiorem partem ipsorum ancianorum

vij

et eorum decem facta et fienda omni tempore valeat et plenam obtineat roboris firmitatem donec per eosdem in eodem officio successores fuerint revocata non obstante aliquo iure vel statuto vel aliquo alio quod in contrarium loqueretur. Salvo capitulo quod loquitur de modo expendendi pecuniam comunis cui per ordinamenta aliqua vel obiectum in aliquo non possit ullo modo derogari. Et salvo quod non possit aliquid ordinare de [illegible] vel ipsorum aliquo pro eorum lucro modo aliquo sua [illegible]. Nec possit aliquid ordinare quod potestas et quivis alius officialis seu rector absolvat de aliquo ad quod ipse potestas seu rector teneatur facere secundum formam statuti. Nec possit concedere vel ordinare quod potestas iudex vel notarius vel familiaris ipsius potestatis seu rectoris possit habere aliquam partem de aliqua custodia facienda de aliquo retento quod detinere deberet et custodiri pro aliquo maleficio vel delicto nec partem alicuius condempnationis que fieret contra aliquem accusatum seu denuntiatum facta per potestatem et officiales suos vel familiares. Addimus huic capitulo quod omnia ordinamenta que fient per dominos ancianos et decem approbari et approbari debeant in consilio generali civitatis Amelie per duas partes consiliariorum dicti consilii et aliter dicta ordinamenta non valeant ullo modo capitulo aliquo [illegible] vel [illegible] posito non obstante in contrarium loquente.

Quod domini anciani populi non possint aliquid ordinare in palatio comunis.

Item statuimus et ordinamus quod anciani populi qui pro tempore fuerint et eorum decem non possint nec valeant aliquid statuere et ordinare nec refirmare super quocumque negotio in palatio comunis ubi moratur potestas vel in aliqua parte ipsius palatii nec in aliquo loco ubi moraretur potestas vel aliquis cum officialibus vel familiaribus nisi in alia [illegible] et si contra fiat ipso facto sit nullius valoris.

Quod domini anciani populi non permictant quod pecunia comunis expendatur contra formam statuti.

Statuimus et ordinamus quod domini anciani populi civitatis Amelie non permictant nec consentiant pecuniam aliquam seu rem aliquam de comuni dari seu expendi per camerarium comunis seu per aliquam quamcumque personam contra formam statuti dicti presentis et si permicterent aut consentirent vel contra fecerint toto tempore eorum officii debeant consentientes permictentes vel consentientes de suo proprio tantam quantitatem solvere dicto comuni quanta est in summa pecunie expense contra formam statuti cum eorum presentia sine ipsorum contradictione.

Quod anciani populi et eorum decem sint exempti ab omni honere personali.

Statuimus quod domini anciani populi civitatis Amelie et eorum decem sint exempti ab omni honere personali durante eorum officio debeat tamen solvere datum quod imponeretur eis pro cenis. Et toto tempore eorum officii possint arma portare sine pena statuto aliquo non obstante.

De numero consiliariorum populi.

viij Item statutum et ordinatum quod domini anciani populi civitatis Amelie habeant quinquaginta consiliarios videlicet decem spetiales et quatraginta generales, videlicet duos spetiales et octo generales pro qualibet contrata, quorum officium duret quattuor mensibus et sic durat per totum annum, et eligantur per ipsos ancianos dum modo in dicto consilio aliquis ex nobilibus dicte civitatis intrare non possit, statuto tamen comunis posito sub rubrica de modo congregandi consilium in fine semper salvo. Et quod fiat ordo per ipsos dominos ancianos et per ipsum consilium spetiale et generale habeat vim et vigorem sicud cetera ordinamenta et statuta populi non obstante aliquo statuto comunis.

Quod domini anciani possint facere pulsari campanam.

viiij Statutum quod domini anciani populi civitatis predicte possint facere pulsari campanam ad consilium vel arengam et ad quamcumque congregationem voluerint per castaldos comunis vel per custodes sine quod dicte porte et solutores pecunie non obstante aliquo capitulo statuti comunis quod contrarium loqueretur huic capitulo. Et potestas non cogat et non impediat castaldos sive custodes quominus dicta campana pulset ad penam xxv librarum de suo salario, et quod potestas non possit facere pulsari campanam ad arengam vel ad aliquam adunantiam sine licentia et voluntate dominorum ancianorum populi vel maioris partis ipsorum ad dictam penam. (Penalle)

Quod domini anciani faciant custodire campanile et portas civitatis Amelie.

x Item statutum quod domini anciani populi una cum decem teneantur et debeant facere custodiri campanile et portas civitatis Amelie expensis comunis prout eis videbitur. Et custodes portarum et campanilis dicte civitatis eligantur in consilio populi ipsius civitatis ut ipsi consilio videbitur, et aliter facta electio non valeat.

Quod si aliquis ancianus vel iuratus de populo dampnum habuit pro comuni quod sibi emendetur.

xj Ordinamus et statutum quod si aliquis ancianus seu iuratus de populo habuit aliquod dampnum pro facto comunis illud dampnum sibi emendetur de pecunia comunis sine strepitu et figura iudicii si ipsum dampnum substinuit occasione officii.

Quod anciani possint proponere omnia utilia pro comuni utrique eis placuit.

xij Item statutum quod domini anciani populi teneantur dicere et proponere coram potestate et cum officialibus omnia que eis videbuntur fore utilia pro comuni et pro facto civium spetialis et de populo, et potestas cum officialibus suis ipsos ancianos teneantur audire benigne et proponentes intelligere. Et ipsos dominos ancianos non possit condempn. nec aliquod gravamen eis inferre cuius ipsorum inferre dicte ... usus et si contra fecerit perdat de suo salario nomine pene xxv libras in fine sui regiminis. (pen. xxv lib.)

Quod domini anciani et x et consilium populi debeant intrare consilio comunis.

xiij Statutum quod domini anciani populi et consilium generale et spetiale ipsorum possit et debeat intrare consilio generali et spetiali comunis et dicti domini anciani et consilium spetiale ipsorum velut alii spetiales et generales comunis tamquam consiliarii comunis.

Quod domini anciani debeant assignare camerario comunis quicquid ad eorum manus pervenerit.

xiiij Ordinamus et statutum quod anciani populi et quilibet ipsorum teneantur restituere camerario comunis et facere scribi in quaternis de introitu comunis quicquid obvenerit ad manus ipsorum occasione eorum officii, et qui contra fecerit puniatur vice qualibet in x libris comuni et nichilominus quod receperit comuni predicto restituere teneatur.

De electione custodum celatorum.

xv Ne maleficia absconsa omnino remaneant impunita, statutum et ordinatum quod per dominos ancianos populi infra octo dies eorum regiminis eligantur custodes celati in civitate et comitatu Amelie quorum officium duret toto tempore officii dominorum eligentium, et non libera qui custodes sic electi iurent et promictant denuntiare et accusare omnes et singulos ludentes ad ludum vetitum contra formam statuti seu de nocte blasfemantes quod in modo seu statuti pacificum dicte civitatis seu reformationem dicti comunis in civitate Amelie et districtu seu aliquem ipsorum et denuntiare et accusare teneantur omnes et singulos facientes et vendentes carnes contra formam statuti et agentes ... tabernarios et fornarios et alios delinquentes contra formam statuti seu vel dampnum dantes in bonis deffensis. Qui custodes electi nomen debeant in credentia retinere et ipsi dicto relatori seu denuntiatori stari et credi. (Officio celatorum custodum)

De conservatione iuris comunis.

xvj Statutum et ordinatum ad hoc ut iura comunis semper remaneant et amicti non possint quod anciani populi teneantur et debeant infra x dies post publicationem presentis statuti ad penam xxv librarum pro quolibet eligere et nominare duos bonos et expertos notarios legales de Amelia qui teneant et debeant exemplare et copiare et in publicam formam reducere in quodam libro cartas pertinentes ad comune et singula iura et iurisdictiones comunis Amelie cum quo contractus ubicumque reperiri et reperiri possint et haberi. Et dicti notarii sic electi debeant dictum librum facere infra duos menses a die sue electionis post eorum electionem ad penam x librarum pro quolibet ... (Non)

communis Amelie explicanda et fiant, que debeant per vos Camerarios Salarium ordinandum et declarandum per Ancianos et rectores predictos. Notarius dictum librum et reponat in Sacristia fratrum minorum de Amelia, et quod dictus liber non possit nec debeat fieri nec videri per aliquem sine presentia dominorum Ancianorum seu maioris partis ipsorum. Et quod fiat dicta exemplata sive originalia reponatur in archivo Comunis firmiter ubi consueverit sint reposita et fieri et videri non possint per aliquem sine deliberatione consilii populi. Et si aliquis hec non viderit seu legerit vel legi fecerit sine dicta deliberatione solvat pro pena centum libras. Et quod si occurrerit quod aliqua plura seu iurisdictiones et scripta aliqua fient et supervenerit que spectarent ad dictum comune quod per dominos Ancianos scribi faciat in dicto libro ad dictam penam.

De proponendo ut veniat pecunia in comuni quando proponitur de aliqua expensa.

Item statuimus et ordinamus quod domini Anciani et consules tenerentur et debeant cum proponitur super aliqua expensa seu donatione fienda per comune Amelie de pecunia ipsius comunis ultra expensas ordinatas per statuta Comunis Amelie, proponere seu proponi facere unde et quomodo et qualiter veniat pecunia in comuni quod talis expensa fienda una cum dicta proposita, et si non deliberatum solutio talis debiti seu donationis quod talis deliberatio sive reformatio sit vana et nullius valoris.

De electione duorum Sindicorum ad Sindicandum camerarios et datiarios.

Statuimus et ordinamus quod per dominos Ancianos populi civitatis Amelie qui pro tempore erunt eligant et eligi debeant duo Sindicatores et rationatores ad Sindicandum rationandum et revidendum omnes camerarios Comunis predicte et cultores datiarum et gabellarum et introytus ipsorum camerarios et expensas per eos factas et de denariis pervenientibus ad manus dictorum camerariorum et cultorum datiarum et gabellarum et ad faciendum et reddendum omnia et omnia que fieri debent in predictis pro utilitate dicti comunis Amelie. Et si invenerint in predictis vel aliquo predictorum seu aliquem dictorum camerariorum seu cultorum in aliquo deliquisse quoquo modo contra formam Iuris seu statutorum aut ordinamentorum dicti Comunis, eos et quemlibet ipsorum quos deliquisse invenerint unum vel plures condepnare debeant secundum formam dictorum statutorum. Et quos invenerint non deliquisse absolvant. Et ipsos condepnationes seu absolutiones facere et dare in consilio generali dicti Comunis, ut fieri et dari consueverit per notarium potestatis. Et quos per ipsos Sindicatores condepnabunt pro condepnatis habeantur. Et per potestatem ipse condepnatos exequatur et executioni mandent per se et suos officiales de suo salario solvendo. Et quos absolverint per absolutos et liberatos habeantur, contrario aliquo non obstante.

Ut domini Anciani possint eligere Centum Iuratos de populo.

Item statuimus et ordinamus quod per dominos Ancianos populi possint eligi centum Iurati de populo et plures et pauciores secundum eorum voluntatem ad exequendum eorum mandata et dominorum potestatis, qui Iurati eisdem Ancianis debeant in omnibus obedire ad penam centum solidorum pro quolibet.

Ut Anciani faciant reinvenire nomina nobilium.

Item statuimus et ordinamus quod per Ancianos populi et eorum decem qui erunt duos post approbationem presentis statuti eligant et eligi debeant homines populares unus de qualibet contrata qui reinveniat omnia nomina nobilium et magnatorum Civitatis Amelie si reinventa non fuit et districtus quorum nomina ponantur et scribantur in fine statutorum populi et aliqui ex dictis nobilibus et magnatibus remanerent quod non ponerent ut deberet in ipso statuto non tamen habeatur pro populari si nomina nobilium remaneat prout est et nichilominus nomina dictorum nobilium ponantur et scribantur per dictos quinque homines eligendos, et predicta teneatur fieri facere Anciani ad penam centum solidorum pro quolibet.

Ut per dominos Ancianos eligantur notarii super catastos.

Statuimus et ordinamus quod per dominos Ancianos omnes duos menses eorum officii eligant super catastos duos bonos et legales notarios ad levandum et ponendum terras de dictis catastris inter partes et non minuendo libram catastorum predictorum. Qui notarii electi debeant in consilio populi approbari, et habeant dicti notarii pro quolibet petio terre de levando et ponendo a qualibet parte tres denarios. Et si aliter fieret electio non valeat officium quorum durent per duos menses.

Ut domini Anciani populi possint expendere de pecunia comunis.

xxx Item statutum et ordinatum quod domini anciani populi vel maior pars ipsorum pro evidenti utilitate communis pro quolibet die possint et valeant expendere de pecunia et avere communis Ambelie absque aliqua deliberatione x solidos. Et cum deliberatione ipsorum et eorum decem vel maioris partis ipsorum possint expendere quolibet die xl solidos, cum deliberatione consilii populi x solidos [illegible] non obstante aliquo capitulo communis vel populi quod contrarium loqueretur.

Ut quilibet teneatur acceptare officium sibi datum.

xxxj Statutum quod cuicumque datum fuit officium ancianatus populi vel aliquod aliud officium recipere teneatur. Et si aliquis officium sibi datum per commune Ambelie recusaverit puniatur in C solidos nisi iusta causa fuerit. Et predicti anciani non possint reformari per consilium vel ordinamentum. Et qui arengaverit quod ipsi reformaverint solvat camerario communis nomine pene C solidos. Et si ipsi anciani proponerent seu proposita facerent de reformatione eorum eadem pena teneantur.

De pecunia communis non expendenda sine licentia consiliariorum.

xxxij Ordinamus et statuimus quod de pecunia et rebus communis Ambelie non possit fieri aliqua donatio nisi primo deliberatum fuerit in consilio ancianorum et decem de [illegible] in maiori consilio de mense in consilio C maioris libere de [illegible] in arenga communis in qua sint ad minus CC homines congregati et si aliquis predictorum consiliariorum fuerit contradictum non procedatur ulterius et si aliter fieret non valeat. Et si anciani ulterius predictas fieri procederent puniantur consentientes ex eis in x libris pro quolibet nomine pene et nichilominus teneantur reddere quod donatum seu datum fuit. Et hoc capitulum non possit tolli nisi ex arenga communis in qua sint ad minus CC homines.

De non rebandiendo aliquo exbandito.

xxxiij Statutum quod anciani vel aliquis ex eis vel aliquis alius officialis directe vel per obliquum audeat vel presumat quod aliquis processus contra condempnatos vel exbanditos in maleficiis differatur vel quod condempnatio tollatur vel suspendatur vel quod de facto condempnatio contra condempnatos vel exbanditos differatur vel suspendatur ad tempus vel in perpetuum in totum vel in partem vel quod detur vel concedatur licentia alicui exbandito vel quod stet vel redeat vel moretur in civitate Ambelie vel eius districtu vel de predictis vel aliquo predictorum proposita facere vel facientibus consentire. Et si quis aut ex predictis ancianis vel officialibus contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum vel si non aliquis civis vel forensis supposuerit proposita vel si aliquis arengaverit vel consuluerit in predictis solvat pro banno communi Ambelie x libras et depingatur in palatio communis in quo [illegible] possit [illegible] predicta vel aliquo predictorum fecerit et appareat et cuilibet liceat ut alius transeat in exemplum. Et nichilominus talis in predictis contrafaciens quilibet possit offendere sine pena in persona et rebus. Salvo quod quando procederetur de novo pro causa civitatis Ambelie contra aliquem exbanditum et talis exbanditus qui procederet voluerit comparere et se excusare a dicto processu quod tunc teneatur eidem licentiam dare duorum dierum et non plus infra quos possit se excusare et totum aliud capitulum communis de tali materia loquens sit in sua roboris firmitate.

Dat licentia exbannito qui de novo proceditur

Ut domini anciani debeant quilibet ebdomada facere rationem de introitibus dampnorum datorum.

xxxiiij De introitibus dampnorum datorum statuimus et ordinamus quod per dominos ancianos fiat ratio per singulas ebdomadas cum ipsis officialibus et per apodissas sigillatas per camerarium communis et ratione facta nisi cancellaverit teneatur summa ipsorum introitum tam facta per ipsos ancianos scribere ad introitum communis prout inventum fuerit ad camerarium pervenisse.

Non

Ut nullus ancianus eligat ad aliquod officium consanguineos infra septimum.

xxxv Statutum quod anciani populi civitatis Ambelie non possint nec debeant ipsi vel aliquis ipsorum ponere vel eligere nec nominare ad aliquod officium communis aliquem filium fratrem carnalem ipsorum seu alicuius ipsorum filium fratris carnalis et nepotem carnalem et si ipsi vel aliquis ipsorum contrafecerit in predictis puniatur in x libras [illegible] qualibet per potestatem de facto auferetur capitulo aliquo [illegible] et ipsa electio sit nulla et ita non obstante et ipse electus officium acceptaverit pena [illegible] puniatur.

Non

Sufficit punitio de facto

Ut nullus ancianus possit eligi ambassiator.

xxxvj Item statutum quod nullus ancianus possit eligi ambassiator qui vadat ad aliquem locum pro ambassiata communis civitatis Ambelie nisi deliberatum fuerit per

ancianos et decem de populo vel pro maiori parte presentium ipsorum. Et si aliquis ancianus iret pro dictam formam ad aliquam ambassiatam puniatur vice qualibet in x libr. ab eo de facto exigendam per potestatem dicti communis non obstante aliquo statuto quod prohiberet potestatem procedere contra aliquem ancianum. Et quod dictus ancianus pro dicta ambassiata nullum salarium habeat a communi. Et si eam sibi solverit solvat de suo proprio. Et quod nullus ancianus dum erit in officio ancianatus audeat vel presumat recipere aliqua xenia ad penam x libr. pro quolibet.

Potestas non aufferat [illegible] facto

Puniatur qui recipit xenia

De electione duorum syndicorum communis.

Anciani populi et cancellarius communis teneantur et debeant vinculo iuramenti et ad penam x libr. pro quolibet eorum per potestatem auferendam si contrafecerint facere et eligi in consilio generali dicte civitatis duos syndicos generales quorum officium duret spatio duorum mensium. Qui syndici teneantur et debeant iurare ad sancta dei evangelia tactis scripturis [illegible] [illegible] ex eis singulis consiliis populi et communis dicte civitatis et in eisdem consiliis protestari [illegible] et potestati et ancianis qui tunc erunt quod ipsi non permittant facere nec faciant aliqua proposita que essent vel esse possent in preiudicium communis vel ipsi communi dampnosa vel que essent contra formam statutorum dicte civitatis. Teneantur etiam similiter protestari facere consiliis existentibus in dicto consilio quod nullum [illegible] contra [illegible]. Et quod etiam si forte aliquis proponeret vel consuleret [illegible] contra dictam protestationem quod propositum seu quod consultum esset non valeat ipso iure, quam protestationem cancellarius dicti communis teneatur et debeat ante proposita seu ante facta scribere in libro reformationum autentico vinculo iuramenti et pena x libr. de suo salario. Possint etiam et debeant dicti syndici nomine dicti communis conveniri ab omnibus volentibus aliquid petere communi predicto, et ipsi syndici et quilibet ipsorum possit convenire quoscumque debitores dicti communis [illegible] aliquid dicto communi et totum processum facere cum eis tam in agendo quam in defendendo coram iudicibus potestatis ad similia deputatis et fuerit ordo iudiciarius in eis [illegible] prout fuerat in aliis ab privatis sive coram iudice supradicto.

Penale Anciani

Liber officii potestatis.

De non constringendo duos ancianos populi per potestatem durante eorum officio.

Statuimus et ordinamus quod potestas civitatis Amelie vel eius officiales vel aliquis alius officialis cuiuscumque conditionis existat non possit nec debeat constringere aliquem vel aliquos existentes in officio ancianatus personaliter vel realiter toto tempore sue potestarie nec camerarium nec notarium cancellarie existentem in officio tempore sue potestarie nec ipsos expellere extra terram nec possit procedere contra eos occasione alicuius maleficii per eos commissi nec condempnare exceptis homicidio, tractu, mulieris corruptione, rapina, adulterio, incendio et falsitate, in quibus casibus contra eos possit procedi etiam si non essent in officio constituti. Sed si aliquis ipsorum ancianorum notarii cancellarie vel camerarius commiserit aliquod maleficium exceptis predictis maleficiis debeat puniri et condempnari per primum potestatem venturum et non per eum potestatem cuius tempore dicti anciani camerarius vel cancellarius aliquod maleficium commisit ultra casus supra narratos. Et si potestas contrafecerit solvat de suo salario communi Amelie L libr. denariorum pro quolibet et ex nunc non habeatur pro potestate et nullus teneatur ei obedire. Et quod placuit ancianis et [illegible] aliorum pro tempore ipsorum mittatur ad [illegible] Romanum populum et senatores quod mittat novum potestatem. Insuper addimus quod nullus officialis seu notarius civitatis Amelie cuiuscumque conditionis existat possit vel debeat confinare vel extra terram expellere aliquem popularem dicte civitatis quacumque de causa ad penam c libr. pro quolibet de suo salario et vinculo iuramenti. Sed si aliquis popularis repertus fuerit commisisse aliquem excessum seu delictum debeat puniri et condempnari secundum formam statutorum de talibus maleficiis loquentium.

De officio potestatis et eius officialium.

Potestas civitatis Amelie et quilibet alius rector dicte civitatis per se et suos officiales et familiares toto tempore sui regiminis debeat tenere et observare officium sue potestarie secundum formam statutorum et ordinamentorum communis et populi civitatis Amelie factorum et faciendorum. Et singulis diebus a mane usque ad terciam et a nona usque ad vesperas morari ad ius reddendum et ius unicuique petenti facere et reddere ad bancum iuris in palatio communis in civilibus et criminalibus et extraordinariis causis, salvo capitulo statutorum communis quod loquitur de temporibus feriatis. Et salvo quod si fieret consilium vel videretur utilitati civitatis dictis ancianis. Et salvo quod in diebus quadragesimalibus reddat ius in civilibus semel in

observantur statuta

Reddatur ius

Processus debet terminari infra xx dies a die citationis

die. Et citatis ad curiam in civilibus decem diebus quatragesimalibus teneat coram deo iudex comparere sequenti die post citationem partem contumacia se fuit suo adversario responsurus. Et teneant predicti potestas et sui officiales examinare procedere et terminare diffinire et absolvere vel condempnare de omnibus et singulis maleficiis et criminibus et extraordinariis infra xx dies, computandos incipiendo a die citationis de huiusmodi fiendo, et infra minorem terminum, ubi alius per statutum minores termini darentur. Et postquam dicti processus fuerint publicati tam suum quam eius antecessoris teneatur et debeat terminare absolvere vel condempnare infra octo dies immediate secuturos. Et processus pendentes quam publicati assignabunt eisdem reiterari non possit. Et assignare facere infra septimanam dictis comunis omnes condempnationes integras et extensas in maiori consilio instanti ipsius condempnatoris promulgatis. Et iudex domini potestatis interponere teneatur et debeat auctoritatem omnibus civibus tutelis iustitie copiis et exemplis publicandis et omnibus aliis publicationibus sine aliquo salario et mercede ab petitoribus eorum petentes. Et exercere et executioni facere et solutionem assignare debentur penitus cum effectu ad manum camerarii dicti comunis non suas vel alicuius pro inportare ullo modo a gubernatoribus debitoris usque in eo quod est solvendi omnes penas banna et condempnationes aliquas actorum factas vel per eum suo tempore faciendas. Et omnes datias et quantitates pecunie et res quascumque debendas elapsis decem diebus, post quas debitores ad solvendum. Et sapient cuilibet petenti dare sine fori statuti. Et nullam pecuniam pignus vel rem aliquam sine comunis sine spectabilis possit recipere sive recipi facere, sive permittere quod recipiatur per aliquem suum officialem vel familiarem, sive aliquem alium, cui non intersit aliquatenus. Et hoc etiam deponi facere in palatio vel camera comunis ullo modo. Et etiam facere legi in fine cuiuslibet mensis in maiori consilio omnes expensas et introitus dicti comunis de mense suos et expensas factas per dominum camerarium et de ipsis litteras et acceptas factas facere mentionem. Et convenire et facere ancianos et eorum officium ac sindicos generales comunis. Et inquisitionem facere colligentes omnes res dicti comunis. Et singulos qui tempore alicuius potestatis sui precessoris fuerunt anciani dicti comunis et non cancellarie et sindici

generales camerarios et exactores datiarum et eorum quemlibet non tractatores ancianos comunis de extorsionibus vel rei aliqua dicti comunis et specialiter de furtis et simoniis facta vel falsitate tempore eorum officii factas et perpetratis et punire et condempnare iustitia exigente infra primum mensem sui regiminis non tardius. Et non congregare aliquod consilium adunantiam vel arengam sine consensu ancianorum et in ipsis opportunitatem non facere sed quandocumque et quoties et quando voluerint anciani predicti. Et licentias suas dicti comunis quotiens eorum dictis placuerit ancianis et prout fuerit ordinatum per eos et eorum dictis pro gubernatione negotiis dicti comunis et specialis. Et non liceat in suo officio tempore sui regiminis aliquem officialem qui fuerit in dicta civitate a ... annis citra ad aliquod officium vel cum aliquo officiali in dicta civitate. Et non liceat aliquem officialem familiarem qui sit de aliqua terra propre ancianos per ... Et qui fuerit expulsus de terra sua ... ad potestatem ... post ... et officium quod ipse ... fecerit sit nullius ipso iure. Et ... dictos et ... omnes et singulos exbanditos et rebelles civitatis Anconae et eorum sequaces fautores et receptatores. Et predicta omnia et singula facere exequi per se suosque officiales et familiares toto tempore sui regiminis secundum formam statutorum et ordinamentorum comunis et populi civitatis Anconae factorum et faciendorum etiam ... aliqua que ... maiorem exitum requireret et laborem ... suo officio sine aliquo salario alio et mercede. Et ... salario potestatis et ... quo sit contentus ... petere recipere ... a comuni vel specialiter persona ... ac ... colore vel causa non possit per se vel alium ... palam vel occulte. Et observare et observari facere omnia et singula statuta et ordinamenta comunis et populi civitatis predicte facta et facienda et ubi statuta et ordinamenta comunis et populi observare statuta et ordinamenta ... et omittere statuta et ordinamenta comunis. Et ubi statuta et ordinamenta non sufficerent servare in dicta civitate consuetudines ... et sine ... ubi deficerent ... approbatas. Et predicta omnia et singula ... canonicum ... et predicta omnia et singula prefatus dominus potestas per se et suos officiales et familiares teneatur et debeat observare et observari ... facere exequi et executioni facere ad penam ... quam per tempus sui sindicatus dicto comuni solvere teneatur ... vel aliquo ...

Inquirat

Ne sapientes dande

Ab.

Et observare statuta comunis

vel aliquo eorum vel aliquo alio, ipso non obstante fuit contra factum. Addimus huic capitulo quod notarii potestatis et guardianorum dicte civitatis non possint nec debeant exhibere seu copiare aliqua acta communis vel specialium personarum dicte civitatis in civilibus et criminalibus et extraordinariis cuiusvis, nisi cuiuslibet persone dicte civitatis et comitatus aliquid confecerat instrumentum, ad penam pro quolibet dictorum personarum de suo salario et cuiuslibet vice; et dictis notariis dicti scripturis copiatis seu factis fides nullatenus habeatur, et teneatur ad petitionem cuius interfuit dare ad copiandum notariis dicte civitatis petentibus.

De inquisitione facienda contra notarios infamatos.

Si quis infelicissime temeritatis notarius, quod absit, tanti fetoris foret infamia involutus quod de sua culpa et falsitate predicatur et armonia quod vulgo potius quam de innocentia credetur, potestas civitatis Amelie seu iudex maleficiorum ex officio inquirat a personis fide dignis suo officio sine alia promotione; et infamia per veritatem reperta talem infamem notarium de processibus faciat excipere et de omnia protocolla et libros et cedulas faciat sine mora de spendio presentare et assignare, et de eis omnibus et singulis publicum inventarium fac[iat] et ordinem de ponendo penam quam voluerint anciani et ... et bandiatur; qui gerens hoc aliquid instrumentum publicum scriptum etiam talis bestialis notarius infra decem dies post bandimentum huiusmodi conscriptum vel ei tradit absentis. Camera eo illud debeat assignare et eos facere in inventario memorato alienatos; dictus sindicus interea ipso facto sit cassus, quod ... insinuare et mandetur notario tanquam suspecto quilibet protocollum nullum sibi sit nisi primo inventario in inventarium cum potestate ponatur et sic forte scriptum. Et si quis inventus fuerit et falsarius debeat condempnari de falsitate aliqua alia vel ... culpabilis puniatur, et quantum iustitia suadebit.

Ut potestas debeat observare omnia ordinamenta facta per dominos ancianos populi.

xxxiiij Potestas civitatis Amelie teneatur et debeat omnia et singula statuta, ordinamenta, provisiones facta et fiendi per dominos ancianos et eorum, dum modo sint approbata in consilio populi, observare et observari facere et executioni mandare. Et si dictus potestas non observaverit et ea executioni non mandaverit ut dictum est, quod ipse non habeat pro potestate et nemo sibi debeat obedire; et anciani teneantur mictere ad senatores et ad Sacrum Romanum Imperium ambaxiatores expensis communis, qui eis ex parte dicti communis supplicent quatenus placeat eis novum potestatem transmictere, cum potestas missus ab eis non observet statuta et ordinamenta dicte civitatis secundum pacta habita inter Romanum populum et commune Amelie.

Quod omnes exbanditi et latrones expellantur extra civitatem Amelie.

xxxv Potestas in principio sui regiminis seu adventus teneatur facere banniri per civitatem Amelie quod omnes exbanditi, latrones et falsarii debeant exire ad penam L librarum pro quolibet; et hoc teneatur potestas predictus facere vinculo iuramenti.

De inventario faciendo de massaritiis communis Amelie.

xxxvi Fiat inventarium per potestatem et camerarium communis Amelie de massaritiis communis, et inde fiat publicum instrumentum et sit penes camerarium dicti communis. Et potestas teneatur ipsas massaritias et res in fine sui regiminis assignare dicto camerario ad penam X librarum pro quolibet, et res que reperirentur perdite seu deguastate emendare.

De observando constitutiones papales et imperiales editas contra hereticam pravitatem.

xxxvij Potestas civitatis Amelie observet et observare debeat et faciat cum debita diligentia et cautela constitutiones papales et imperiales editas contra hereticam pravitatem.

Ut potestas teneatur mictere et sigillare suo sigillo licteras per commune.

xxxviij Quotiens ab ancianis ex deliberatione per consiliarios potestas vel alius officialis dicte civitatis requisitus fuerit ut mictat licteras alicui vel communi, domino seu personis cuilibet, sint seu contrarium existant et gratias per dicto communi narrando, seu pro veritate vel aliquid veritatis petendo, potestas et generaliter alii officiales huiusmodi licteras suo sigillo sigillare et mictere debeat, secundum notam que ab ipsis ancianis fuerit assignata eisdem, ad penam L librarum pro quolibet, de communi expensis dicti communis solvendis.

Quod potestas non possit facere congregari aliquod consilium sine licentia dominorum antianorum.

Potestas civitatis Amelie non possit nec debeat congregare aliquam congregationem hominum nec arengum facere sine licentia et presentia dominorum antianorum vel maioris partis eorum et si contra fieret quod inde fieret sit irritum et nullius sit roboris firmitatis. et perdat de suo salario pro qualibet vice qua contrafecerit L. libras denariorum. C. xlj

Potestas et eius officialis non possit aliquid petere pro custodia alicuius detenti.

Potestas, iudex, notarius et familiares eius non possit nec debeat petere exigere aliquam quantitatem vel ea ab aliquo qui pro delicto custodiatur nec alicui ductori. Et aliquid pro predictis aliquem dari fieri debeat ad penam quinquaginta librarum denariorum pro quolibet quam penam perveniret antianus recipere pro comuni a contrafacientibus in predictis. Et quod dictus potestas, iudex et notarius vel familiaris et quilibet ipsorum ad petitionem cuiusque petentis debeat capere et detinere et executionem faciendo in civitate communis omnem qui obligatum dicto petenti in aliqua re vel pecunia quantitate. Et si dicti potestas vel aliqui predictorum fuerint negligentes perdat de suo salario pro quolibet et vice decem libras denariorum. Et predicti potestas et officiales non possint nec debeant alicui detento cibum vel potum ad penam predictam minime denegare.

Quod potestas non possit consilio populi interesse.

Potestas civitatis Amelie nec aliquis officialis forensis excepto cancellario communis possit consilio populi et antianorum interesse de proposito ad penam xxv librarum denariorum. Et si aliqua propositio vel reformatio fieret in dictis consiliis vel aliquo ipsorum aliquo officiali forense presente excepto ipso cancellario quod propositio et reformatio non valeat et si cancellarius scriberet vel legeret solvat de suo salario penam nomine decem librarum denariorum pro comuni Amelie applicandam. Et quod antiani populi possint et debeant congregare consilium populi in domo communis in qua habitat cancellarius et aliis locis eis videbitur et placebit. Et quod in quolibet consilio populi unus ex antianis proponere debeat in dicto consilio propositas faciendo et que legentur per cancellarium.

De electione duorum notariorum qui conservent acta communis Amelie.

Ut hec et acta communis Amelie non perdantur sed illesa perpetuo conserventur statuimus quod domini antiani populi infra x dies spatium post exitum ipsorum officii teneantur et debeant pena xxv librarum pro quolibet ipsorum facere expensis dicti communis domum cum camera existente iuxta palatium communis inter cameram et logiam et palatium communis bene et sufficientissime cum ostiis et serraminibus prima muta in faciendo hostium dicte camere quod est prope scalas ipsius palatii. Et in ipsa domo fieri faciant quoddam armarium in quo reponant omnia acta communis et libros actorum et aliarum rerum excepto libro memorialium qui remaneat penes cancellarium communis. Et hoc facto per dominos antianos eligantur duo boni et legales notarii dicte civitatis qui habeant claves dicte domus et armarii et faciant et promittant custodire et manutenere ipsa acta et libros bene et legaliter ad componendum et ostendendum et copiam dare et copiam habere promittent omnibus volentibus petentibus penam pro quolibet et vice qualibet et habeant pro eorum salario et labore [illegible] antianos.

Quod commune Amelie emat domum sitam supra palatium podii canalis.

Quod possessores domum [illegible] Iacobi olim Vitalis de Canali que vel quod est edificatum vel edificata in podio canalis constringantur ad vendendum dicto communi ipsum palatium et ipsam domum pro eo pretio quo emit ipsum palatium [illegible] domo dicti palatii cum [illegible] fuit communis Amelie. Et si possessor dicti palatii noluit [illegible] cum dicto communi et noluit ipsum vendere quod tunc recuperat pro [illegible] parte

xlij

statae et deposita pecunia. Et potestas teneatur predicta fieri facere in tempore sui regiminis. et dicta sua regula in capitulo ... pena solidorum .xx. in quibus condempnetur camerario solvendorum. **De balistis et pavese dimictendo per potestatem et guardianum.**

Potestas et guardianus et conservatores qui nunc sunt et pro tempore erunt teneantur et debeant omnibus sex mensibus per quolibet ipsorum in fine sui regiminis dimictere camerario comunis pro ipso camerario recipiente unum pavese ad minus bibiois .xl. et una balistam unius pedis valoris que ponatur in palatio comunis ad penam .xx. solidorum. **De expellendo per potestatem omnes fatuos et furiosos.**

